

24. Item statuimus et ordinamus quod si aliquis nostrum mutuaret denarios unus alteri pro ludo taxillorum, magister cursorum non possit nec valeat facere iustitiam de predicto mutuo aliquo modo.

130 25. Item statuimus et ordinamus quod de predictis casibus et singulis statutis et ordinamentis dominus camerarius domini pape possit addere et minuere sicut ei placuerit et videbitur expedire.

135 Actum in castro Sollemahci⁵⁹ Lemovicensis⁶⁰ diocesis in via publica ante domum Petri Remundi de dicto castro, tempore domini Clementis pape V anno primo, presentibus Nicolaus Cati de Capudistria, Robertus Benedicti de Biandra, Iohannes Guilielmi de Lucerna ad suprascripta specialiter vocatis et rogatis sub anno domini Millesimo CCC.VI., indictione quarta, die XXV mensis Aprilis.

140 Et ego Nicolaus Boncangni de Turricella dictus de Camerino imperiali auctoritate notarius publicus statutis et ordinamentis supradictis per cursores predictos unanimiter et concorditer editis et ordinatis ut superius exprimitur presens interfui de voluntate et mandato ipsorum cursorum in publicam formam redegei meoque
 (Notariats-
 signet)
 145 consueto signo signavi rogatus.

59) Solignac, arr. Limoges, dép. Haute-Vienne.

60) Limoges, dép. Haute-Vienne.